

Mikulová, Jana

Věty účinkové

In: Mikulová, Jana. *Syntax latinských vedlejších vět*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 417-425

ISBN 978-80-210-7207-7; ISBN 978-80-210-7210-7 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/131802>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

VĚTY ÚČINKOVÉ

1. Přeložte do češtiny a vysvětlete zvýrazněné tvary

1. Atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego **mirarer** eas tam diuturna miseria non exaruisse. (Cic. *Att.* 10, 14, 1)
2. Annos septuaginta natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quae maxima **putantur**, onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur. (Cic. *Cato* 14, 9)
3. Cum A. Caecina tanta mihi familiaritas consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse **possit**. (Cic. *fam.* 6, 9, 1)
4. Hic ita vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus, ut eum non facile non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquam **viderit**. (Cic. *Verr.* II 5, 26)
5. [sc. Philippo] insueto vera audire ferocior oratio visa est, **quam quae** habenda apud regem esset. (Liv. 31, 18, 3)
6. Nemo umquam neque poeta neque orator fuit, qui **quemquam** meliorem quam se **arbitraretur**. (Cic. *Att.* 14, 20, 3)
7. Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius orator, in qua murenam adeo dilexit, ut exanimatam flesse **credatur**. (Plin. *nat. hist.* 9, 172, 2)
8. ...malet existimari bonus vir, **ut non** sit, quam esse, ut non putetur. (Cic. *fin.* 2, 22)
9. Hic, cum aetate iam provectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam **audierit** neque eo minus privatis publicisque rebus **interfuert**. (Nep. *Timol.* 4, 1)
10. Sed videsne, poetae quid mali **adferant**? **Lamentantes** inducunt fortissimos viros, molliunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. (Cic. *Tusc.* 2, 11, 27)
11. Novos (= novus) nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, **quin** indignus illo honore et quasi pollutus haberetur. (Sall. *Iug.* 63, 7)
12. Hannibali nimis laeta res est visa maiorque, quam ut eam statim capere animo possset. (Liv. 22, 51, 3)
13. Ea demum vox ita animos accendit, **ut** renovato clamore (...) tanta vi se in hostem **intulerint**, ut sustineri ultra non **possent**. (Liv. 24, 16, 1)
14. Haec dicta **adeo nihil** moverunt quemquam, **ut** legati prope **violati sint**, exercitusque in Algidum adversus Romanos missus. (Liv. 3,2, 6)

15. Pugnatur acriter ad novissimum agmen adeo, ut paene terga **convertant**, compluresque milites etiam nonnulli centuriones **interficiuntur**. (Caes. *civ.* 1, 80, 5)
16. **Contemnamus** omnia, quae adeo pretiosa non sunt, ut an **sint** omnino, dubium **sit**. (Sen. *epist.* 58, 28)

2. Přeložte do latiny

1. Na radnici se strhl tak velký křik, že se lidé sbíhali.
2. Nejsem tak omezený, abych říkal tohle.
3. Nenávist obyvatelstva byla tak velká, že se ho nikdo neodvážil pohrbit.
4. Je to neuvěřitelné, ale tak jasné, že si nemyslím, že to bude popírat.
5. Může být, soudcové, odsouzen Lucius Cornelius, aniž by byl odsouzen čín Gaia Maria?
6. Na té cestě byl stížen tak těžkou oční chorobou, že potom už nikdy na pravé oko neviděl stejně dobře (*tj. nepoužíval stejně dobře pravého oka*).
7. Přítomný čas je velmi krátký, takže se některým lidem zdá, že žádný není.
8. Mluvil jsem o tobě za (*abl. bez předložky*) tak velkého souhlasného křiku lidu, že jsem nikdy nic podobného neviděl.
9. Je snad někdo (*tj. kdo je*), kdo by to nemohl udělat?
10. Zápal k boji byl tak velký, že Aequové neodolali útoku.
11. Kdo z nich nechápe, že Kanachovy sochy jsou příliš strnulé, než aby napodobovaly skutečnost?
12. Žil jsem tak, že si myslím, že jsem se nenarodil nadarmo.
13. Byl tak výřečný, že mu nikdo z Thébanů nebyl ve výmluvnosti roven.
14. To město je tak velké, že se říká, že se skládá ze čtyř velmi velkých měst.

radnice	cūria, ae, f.
strhnout se křik	clāmor, ōris, m. fiō, fierī, factus sum
sbíhat se	concurrō, ere, currī, cursum
omezený, hloupý	hebes, tis
obyvatelstvo, dav, prostý lid	multitūdō, inis, f.
neuvěřitelný	incrēdibilis, e
jasný	clārus, a, um
čín	factum, ī, n.
Gaius Marius	Gāius, ī, m. Marius, ī, m.
postihnout (např. o nemoci)	afficiō, ere, fēcī, factum
▪ být stížen (nemocí)	▪ afficior, affici, affectus sum +abl.
cesta, pochod	iter, itineris, n.
choroba	morbis, ī, m.
těžký (o nemoci)	gravis, e
potom	postea
stejně	aequē

křik	clāmor, ōris, m.
▪ souhlasný křik	▪ clāmor cōnsēnsusque, clāmōris cōnsēnsūsque, m.
zápal, nadšení (k něčemu)	ārdor, ōris, m. (ad +ak.)
bojovat	đimicō, āre, āvī, ātum
Aequové	Aequī, ōrum, m.
odolat útok	impetum (impetus, ūs, m.) ferō, ferre, tulī, lātum
socha	zde: signum, ī, n.
Kanachos	Canachus, ī, m.
strnulý	rigidus, a, um
skutečnost	vēritās, ātis, f.
nadarmo	frūstrā
výřečný	disertus, a, um
Théban	Thēbānus, ī, m.
výmluvnost	ēloquentia, ae, f.
být roven (někomu v něčem)	pār, paris esse +dat. (alci) +abl. (alqa re)
skládat se (z něčeho)	cōnstō, āre, stitī, -, constatūrus ex +abl.

3. Rozhodněte, který konjunktiv či které konjunktivy lze použít v následujících větách. Vysvětlete rozdíly ve významu a rozhodněte, zda je některý z konjunktivů v dané větě vhodnější.

1. Tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiae quoque (*audiatur, audiretur, auditus sit*). (Liv. 21, 57, 7)
2. „Eiusmodi tempus erat,“ inquit, „ut homines vulgo impune (*occidantur, occiderentur, occisi sint*).“ (Cic. S. Rosc. 80)
3. Sunt etiam iudices quidam tristiores, quam ut risum libenter (*patientur, paterentur, passi sint*). (Quint. inst. 6, 3, 31)
4. Quamquam eum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior (*sit, esset, fuerit*) aut familiarior. (Nep. Att. 16, 2)
5. ... ita multi caesi captique sunt, ut vix quarta pars de toto exercitu (*evadat, evaderet, evaserit*). (Liv. 35, 30)
6. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei (*persuadeat, persuaderet, persuaserit*) tyrannidis facere finem libertatemque reddere Syracusanis. (Nep. Dion 3, 3)
7. Praecesserat per multos dies tremor terrae minus formidolosus, quia Campaniae solitus; illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, sed verti (*credantur, crederentur, credita sint*). (Plin. epist. 6, 20, 3)
8. Ita sapiens se contentus est, non ut (*velit, vellet, voluerit*) esse sine amico, sed ut (*possit, posset, potuerit*). (Sen. epist. 9, 5)
9. Ita cum pugnatum esset, tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut omnia inrita re nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque, suas quisque (*abeant, abierint, abierint*) domos. (Liv. 2, 7, 1)

10. Sunt autem quidam ita in isdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse (*videantur, viderentur, visi sint*). (Cic. *de orat.* 1, 115)
11. ...contione advocata sic verba fecit, ut nemo tam ferus (*sit, esset, fuerit*), quin eius casum lacrumarit... (Nep. *Alc.* 6, 4)
12. Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut iam (*expendantur, expenderentur, expensae sint*), non (*numerentur, numerarentur, numeratae sint*) pecuniae. (Cic. *Phil.* 2, 97)
13. Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritis est, ut non uni familiae, sed universae civitati commendatus esse (*debeat, deberet, debuerit*). (Cic. *Verr.* II 4, 81)
14. [sc. causae] fuerunt quidem tantae, ut id, quod vides, (*efficiant, efficerent, effecerint*). (Cic. *Att.* 11, 5, 1)
15. Ita fit, ut is adsentatoribus (*patefaciat, patefaceret, patefecerit*) aures suas maxime, qui ipse sibi adsentetur et se maxime ipse delectet. (Cic. *Lael.* 97)
16. Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, (*convertat, converteret, converterit*) omnium oculos. (Liv. 26, 50, 1)

4. Doplňte

1. In quibus [sc. itineribus] eo usque se praebebat patientem atque impigrum, ut eum nemo umquam in equo sedentem (*videre; neviděl*) _____ . (Cic. *Verr.* II 5, 27)
2. At enim haec ita commissa sunt ab isto, ut non (*cognoscere; nebyly poznány*) _____ ab omnibus. (Cic. *Verr.* I, 15)
3. Totus vero iste, qui volgo (*appellare; se nazývá*) _____ amor – nec hercule invenio, quo nomine alio (*posse; by mohla*) _____ appellari –, tantae levitatis est, ut nihil (*videre; nevidím*) _____, quod putem conferendum. (Cic. *Tusc.* 4, 32, 68)
4. Iam igitur est ita perspicuum, ut negare non (*posse; nemůžeš*) _____, nullam tibi statuam voluntate cuiusquam (*dare; nebyla dána*) _____, ... (Cic. *Verr.* II 2, 165)
5. Adventus eius compressit Etruscos adeo, ut nemo extra munimenta egredi (*audere; se neodvažoval*) _____ timorque ipsorum obsidioni similis (*esse; byl*) _____. (Liv. 10, 11, 5)
6. Quibus malis adeo sunt Poeni perterriti, ut etiam auxilia ab Romanis (*petere; požádali*) _____ eaque (*impetrare; dosáhli*) _____. (Nep. *Ham.* 2, 3)
7. Adeone copiis abundat ut is, qui ex Asia fugere (*dicere; se říkalo*) _____, Europam appetere (*conari; se pokouší*) _____? (Cic. *ad Brut.* 1, 2, 1)
8. Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore neque gratia neque fortunis (*anteferre; nevynikal*) _____, nunc spoliatus omni dignitate, quae erepta sunt, non repetit. (Cic. *Sull.* 89)

9. Numquis est igitur tam demens, qui hoc P. Clodio vivo contingere potuisse (*arbitrari; by si myslél*) _____? (Cic. *Mil.* 78)
10. Inde a Brundisinis honestissime ornatus iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati (*convenire; přišli*) _____. (Cic. *Att.* 4, 1, 4)
11. Itaque Tarquinius, qui admodum parvos tum haberet liberos, sic Servium diligebat, ut is eius vulgo (*habere; byl pokládán*) _____ filius, atque eum summo studio omnibus iis artibus, quas ipse (*discere; se naučil*) _____, ad exquisitissimam consuetudinem Graecorum erudiit. (Cic. *rep.* 2, 37)
12. An vero dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istae gentes omnes et (*habere; mají*) _____ et (*gerere; uplatňují*) _____ cum populi Romani nomine? (Cic. *Font.* 33)

5. Vyberte správnou možnost či správné možnosti. Je-li více možností, vysvětlete rozdíly.

1. Hoc quantum est? Ita magnum, (*ut non, ne, non ut*) Latine uno verbo exprimi possit. (Cic. *Verr.* II 2, 154)
2. Horum in imperio tanta commutatio rerum (*fit, facta est, fiebat*), (*ut, ne*) Lacedaemonii, qui paulo ante victores vigerant, perterriti pacem peterent. (Nep. *Alc.* 5, 5)
3. Quis est, iudices, qui hoc non vere laudare (*potest, possit, potuerit*)? (Cic. *Flacc.* 67)
4. Praecipit oratione sua, (*quod, quid*) decernere nos de Bruto, (*quod, quid*) sentire (*oportet, oportebat, oporteat, oporteret, oportere*), tantumque a fuit (*ut, ne, quin*) periculosum rei publicae Bruti putaret exercitum (*ut, ne, quin, 0*) in eo firmissimum rei publicae praesidium et gravissimum poneret. (Cic. *Phil.* 10, 17)
5. Hoc te ita rogo, (*ut, ne, ut non, non ut*) maiore studio rogare possim. (Cic. *ad Q. fr.* 1, 2, 11)
6. Quibus rebus ille adeo est commotus, ut nonnumquam vitae finem facere (*vult, velit, vellet, voluerit*) atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere. (Nep. *Timol.* 1, 6)
7. Tibi permitto, tu consule; tantum vide, (*ut non, ne, non ut*) hoc tempore isti obesse aliquid possit. (Cic. *Att.* 11, 7, 6)
8. Veni, (*ut non, ne, non ut*) istum accusarem, sed ut me defenderem. (Sen. *contr.* 9, 5, 11)
9. Totae autem res rusticae eiusmodi sunt, ut eas non ratio neque labor, sed res incertissimae, venti tempestatesque, (*moderentur, moderarentur, moderantur*). (Cic. *Verr.* II 3, 227)
10. Publium Crassum cum cohortibus legionariis XII et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet, (*ut non, ne, non ut*) ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur ac tantae nationes coniungantur. (Caes. *Gall.* 3, 11, 3)

11. ...adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quem quidem nos audierimus, cognomine Iustus (*appelletur, appellatur, appellaretur, appellatus sit*),... (Nep. *Arist.* 1, 2)
12. Tantum metuo, (*ut, ne, ut non, quin, non ut*) artificium tuum tibi parum prosit... (Cic. *fam.* 7, 13, 2)
13. Paupertatem adeo facile perpressus est, (*ut nihil, ne quid*) de re publica praeter gloriam ceperit. (Nep. *Epam.* 3, 4)
14. Etenim quis est tam demens, (*ut, ut non, ne, non ut, quin*) sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum...? (Cic. *Balb.* 43)

6. Která z následujících typů vět se zde NEVYSKYTUJE?

účelová, účinková, obsahová žádací (jakýkoliv typ), obsahová oznamovací s ut (non)

1. Neque umquam sine aliqua lectione apud eum cenatum est, **ut** non minus animo quam ventre convivae delectarentur... (Nep. *Att.* 14, 1)
2. His rebus tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit, **ut** non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur. (Caes. *civ.* 3, 72)
3. Nemo inventus est tam amens, qui illud argentum tam praeclarum ac tam nobile eriperet, nemo tam audax, qui posceret, nemo tam impudens, qui postularet, **ut** venderet. (Cic. *Verr.* II 4, 44)
4. Res est ineptior, quam **ut** coarguenda sit; itaque transeo. (Sen. *contr.* 7, 4, 3)
5. Et tamen vereor, **ut** his ipsis contentus sit. (Cic. *Att.* 7, 17, 2)
6. ...convocatis in forum militibus tuba signum ex arce dari iubent, **ut** hostes adesse omnes scirent. (Liv. 31, 24, 6)
7. Cuius generis error ita manat, **ut** non videam, quo non possit accedere. (Cic. *ac.* 1, 93)

7. Určete typy označených vět a zdůvodněte

1. Haec Volscio clamitante adeo concitati homines sunt, **ut** haud multum afuerit, **quin** impetu populi Caeso interiret. (Liv. 3, 13, 3)
2. **Cum** a Bais deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem **esse**, **ne** iterum navem experirer: et tantum luti tota via fuit, **ut** possim videri nihilominus **navigasse**. (Sen. *epist.* 57, 1)
3. Stude, **non ut** plus aliquid scias, **sed ut** melius. (Sen. *epist.* 89, 23)
4. ...[sc. Atticus] tantum afuit a cupiditate pecuniae, **ut** nulla in re usus sit ea nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. (Nep. *Att.* 12, 2)
5. Saepe enim tempore fit, **ut, quod** turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non **esse** turpe. (Cic. *off.* 3, 4, 19)

6. Quam ob rem magnopere te hortor, mi Cicero, **ut** non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, **qui** iam illis fere se aequarunt, studiose legas. (Cic. *off.* 1, 1, 3)
 7. Multa praetereo consulto; etenim vereor, **ne** haec ipsa nimium multa esse videantur. (Cic. *Cluent.* 41)
 8. Facite enim, **ut** non solum mores et arrogantiam eius, sed etiam vultum atque amictum atque etiam illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. (Cic. *Cluent.* 111)
 9. Atque haec parva sunt; cognoscite reliqua, **ut** non aliquando **condemnatum esse** Oppianicum, sed aliquamdiu incolumem **fuisse** miremini. (Cic. *Cluent.* 25)
 10. Videmus **ne ut** pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? (Cic. *fin.* 5, 18, 48)
 11. Tu enim perfecisti, **ut** nemo sine litteris meis tibi se **commendatum** putaret. (Cic. *fam.* 12, 30, 1)
 12. Hic tantum potuit, **ut** nemo illo invito nec bona nec patriam nec vitam retinere possset, tantum animi habuit ad audaciam, **ut** dicere in contione non dubitaret, bona civium Romanorum **cum** venderet, se praedam suam **vendere**. (Cic. *Verr.* II 3, 81)
 13. Tantumque abest, **ut** amicitiae propter indigentiam colantur, **ut** ii, **qui** opibus et copiis maximeque virtute, in **qua** plurimum est praesidii, minime alterius indigeant, liberalissimi sint et beneficentissimi. (Cic. *Lael.* 51)
 14. Reliqua sic a me aguntur et agentur, **ut** non committamus, **ut** ea, **quae** gessimus, fortuito **gessisse** videamur. (Cic. *Att.* 1, 20, 3)
 15. Nam **quid** in dicendo rectum sit aut pravum, ego iudicabo, **si** modo is sum, **qui** id possim aut sciam iudicare; **qualis** vero sit orator ex eo, **quod** is dicendo efficiet, poterit intellegi. (Cic. *Brut.* 184)
 16. Adeo, **ut** tu meam sententiam iam noscere possis: Si ad ianuam huc accesseris, nisi iussero, propius, ego te faciam, miserimus mortalis **uti** (= ut) sis. (Plaut. *Aul.* 441–443)
- 8. Vysvětlete použití indikativu nebo konjunktivu v následujících větách**
1. Ego sum, qui referre gratiam ne mortuis quidem desino. (Sen. *contr.* 9, 1, 5)
 2. Innumerabiles sunt, qui populos, qui urbes habuerunt in potestate, paucissimi, qui se. (Sen. *nat.* 3, praef., 10)
 3. Improbi sunt, qui pecunias contra leges cogunt, stulti, qui quod licere iudicatum est, praetermittunt. (Cic. *Verr.* II 3, 219)
 4. Sed quid poetis irascimur? Virtutis magistri, philosophi, inventi sunt, qui summum malum dolorem dicerent. (Cic. *Tusc.* 2, 12, 28)

5. Scilicet ego is sum, qui existimem Cn. Pisonem et Catilinam et Vargunteium et Autronium nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P. Sulla facere potuisse. (Cic. *Sull.* 67)
6. Sunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant ibique sacratam legem latam. (Liv. 2, 33, 3)
7. Multi sunt, qui dicant: „Scio hoc illi non profuturum, sed quid faciam?“ (Sen. *benef.* 2, 14, 3)
8. At qui sunt ii, qui rem publicam occupavere? (Sall. *Iug.* 31, 12)
9. MY. Quis est, quem vides? CLE. Vir eccum it. (Plaut. *Cas.* 213)
10. Nam quis est, qui utilia fugiat. (Cic. *off.* 3, 28, 101)
11. Nemo est, qui alia ratione istorum iniuriae atque impudentiae potuisse obsisti arbitretur. (Cic. *Verr.* II 1, 31)
12. Nemo liber est, qui corpori servit. (Sen. *epist.* 92, 33)
13. An nemo Ciceroni timendus est, qui cum Popillio venit? (Sen. *contr.* 7, 2, 4)

9. Rozlište větu vztažnou s účinkovým a účelovým významem

1. Quis enim est tam excors, **quem** ista moveant? (Cic. *Tusc.* 1, 6, 11)
2. Iniqua lege vendebas, **quo** pluris venderes. (Cic. *Ver.* II 3, 51)
3. At eam tibi C. Verres fecit iniuriam, **quae** ceterorum quoque animos possit alieno incommodo commovere. (Cic. *div. in Caec.* 55, 25)
4. Nec vero ulla vis imperii tanta est, **quae** premente metu possit esse diuturna. (Cic. *off.* 2, 7, 25)
5. Agrigentini ad istum legatos mittunt, **qui** eum leges doceant consuetudinemque omnium annorum demonstrent,... (Cic. *Verr.* II 2, 124)
6. Misit ad me statim, **qui** salutem nuntiaret. (Cic. *Att.* 4, 10, 2)
7. Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, **qui** ea nocte conquieverit. (Caes. *civ.* 1, 21, 5)

10. Odpovězte

Po *ut* se může konjunktiv perfekta objevit:

- ve větě účelové
- ve větě účinkové
- ve větě obsahové s *ut/non*
- ve větě žádací s *ut/ne*
- ve větě obavné

Porovnejte použití konjunktivu imperfekta po čase hlavním v následujících větách. V čem se liší?

- Tanta enim tempestas **cooritur**, ut numquam illis locis maiores aquas fuisse **constat**. (Caes. *civ.* 1, 48, 1)
- Haec [sc. philosophia] enim una nos quom (= cum) ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus; cuius praecepti tanta vis et tanta sententia **est**, ut ea non homini quoipiam (= cuipiam), sed Delphico deo **tribuere-tur**. (Cic. *leg.* 1, 58)

Vyberte správná tvrzení

Molesto fero decessisse Flaccum, amicum tuum, plus tamen aequo dolere te nolo. Illud, **ut** non doleas, vix audebo exigere: et esse melius scio. (Sen. *epist.* 63, 1)

- Věta s *ut* je účinková, protože je negována záporkou *non*.
- Věta s *ut* je účelová, *non* vyjadřuje slovní zápor a protiklad.
- Věta s *ut* není účelová, protože obsahuje záporku *non*.
- Věta s *ut* je obsahová oznamovací, protože obsahuje záporku *non* a závisí na *melius esse*.
- Věta s *ut* je obsahová žádací, závisí na *exigere* a vyjadřuje předmět žádosti.
- Záporka *non* vyjadřuje větný zápor.
- Záporka *non* vyjadřuje slovní zápor a protiklad.

Vyberte správná tvrzení

Nunc facis suspicionem: ita enim dixisti, ut nescio quid a te impetratum esse **videatur**. (Cic. *Flacc.* 83)

- Sloveso *videre* je v konjunktivu přítomném, protože je v nepřímé otázce.
- Sloveso *videre* je v konjunktivu přítomném, protože je ve větě účinkové.
- Sloveso *videre* je v konjunktivu přítomném, protože je ve větě žádací.

Vyberte správná tvrzení

- Ve větě účinkové se může objevit konjunktiv plusquamperfekta.
- V hlavní větě souvětí s účinkovou větou vždy musí být výraz typu *sic, ita, ...*
- Věta účinková může být uvozena spojkou *quin*.
- Ve vztažných větách účinkových se vždy používají konjunktivy podle souslednosti časů.

